913 880

Zaleska educti scrutinij Lucrum

super Citationem literalem Castren Capitan Bransken pro Termi
nis praesentibus Judicialibus extraditam tenoris talis Franciscus Co[m]
es in Klecow Lesnowolski Bransken & Capitaneus Tibi nobili Valentino
Costro olim nobilis Petri Costro Camerarij Terrae Bielsken Filio in Tro
styj Litwa haeredi de persona bonisq[ue] tuis omnibus Vigore Regio
et nostra Capitaneali authoritate mandamus ut Coram Judicio nostro Castren
in Curia Regia Bransken in Terminis Judicialibus Capitan Castren
Bransken Feria secunda post datam et positionem Citationis primis
et pro[ut] collectores plurales peremptorie compareas ad instantiam Nobilis
Hedwigis filiae nobilis Alberti Zalewski Quae te cum eiusdem
Parentis sui authoritate et assistentia citat ad videndum et audiendum
contra te scrutinium per Testes fidedignos facinoris per te
patrati bene gnaros et hoc in causa tibi ad hoc idem Judicium
nostrum instituta pro eo Quia tu in contemptum poenarum iuri
ribus Regni contra oppressores Virginum sancitarum
ausus es tempore in protestatione descripto eam ambulantem inter
cipere et rapere violenterq[ue] in terram conjicere suffocare et
tandem amplius se defendere non valentem violare et florem
virginitatis eius arripere prout violasti florem virginitatis qui
[illegible] leges publicas contempsisti poenasq[ue] in eis inclusas
incurristi [illegible] laborem Coram Judicio nostro educi et cri
men patratum probari ac te in poenis iisdem incidisse
prout ea tibi in termino advenienti comprobabuntur quem
Judiciter sis attentaturus Datum in Curia Regia Bransken
Feria tertia post Festum Sanctae Margarethae Virginis et
Martyris proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo Quin
quagesimo nono Cuius quidem literas praeinsertae copiam
sigillatam Ministerialis Regni Generalis Nobilis Simon Zbyszewski
Feria sexta post Festum Sancti Petri in Vinculis proxime
praeterita in bonis Costrij Litwa Citatum propriis posuisse et
publicasse recognovit Memoratus [illegible] signatarum
Citatum ad Judicium praesens per nobilem Regnicolam nobilem
Benedictum Proszenski ultra cuius formam Vicibus pen
tiis clamatum et non comparentem in Lucro suo posito

educant

quam di scrutinij ex Regestri ordine ac admissione Judicij praestabis Judicialiter et officio condemnavit ac vel cum Lucri modo permisso in contumatiam Citati modo permisso obtento cum Parentis sui personali assistentia praestito in primis corporali iuramento infacie Judicij praesentis de non corruptis Testibus eosdem Judiciter statuit quorum Testimonia et depositiones Judicium praemissis Castrensis Capitaneatus Branscensis quemlibet illorum seorsim advocando et examinando diligenter conscripsit ac praemissis inducentis in oculto votulo extradi fecit de cuius extraditione idem Parens officium praemissis quietavit personali sua recognitione ad id accedente

Tworkowski simile Lucru

super Citationem literalem Castrensis Capitanealem Branscensis pro Terminis praesentibus Judicibus extraditam tenoris talis Franciscus Joannes Sepnowski Branscensis Capitaneus Vobis Nobilibus Martino olim Alberti Tworkowski et Catherinae Wojnowna relictae olim eiusdem Alberti Tworkowski de personis bonisque Vestris omnibus Vigore Regio et nostra Capitaneali autoritate mandamus ut coram Judicio nostro Capitaneali in Terminis Judicibus simul et Querelarum ac Causarum officij Capitaneali Castrensis in Curia Regia Branscensi Feria secunda post datam praesentis citationis proxime celebrandis personaliter et peremptorie compareatis Ad instantiam Nobilis Jacobi filij olim Nobilis Stanislai Tworkowski minorennis Qui Vos cum Nobili Joanni Tworkowski patrui sui germani autoritate et assistentia citat ad videndum et audiendum super Vobis scrutinium per Testes fidedignos homicidij per Vos patrati bene gnaros et hoc in causa Vobis intitulata Ideo Quod Vos nulla habita ratione senilis eius aetatis et reverentiae senioribus debitae olim Nobilem Stanislaum Tworkowski patruum et Levirum Vestrum distraxistis calcastis et contrivistis a qua contritione et destructione paulo post mortem oppetere coactus est iuxta protestationem et obductionem Capitibus latiorem coram Judicio nostro educi homicidium Vestrum probari ac in poenis demeritis convinci contumatia Vestra non obstante Judiciter fieri Termino attentatur et scrutinium Vestrum pro uno eodemque Termino educturi datum in Curia Regia Branscensi Feria secunda post Festum Sancti Mathaei Apostoli et Evangelistae proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo

Quinquagesimo